de solemnitatum ratione & homine ad haec discenda magistro non utitur sed a do
discit si qui potest capere di uocem; qui autem non est talis sed inferior discit
ab eo qui de dicerit a do. que ergo est de sollemnitatibus duplex quedam ratio
doctrinae. una qua inluminata p sp̄m prophetica mens docetur. que ut ita dicā
magis intuitu mentis discitur quam sono uocis; p quam ueritas ipsa non umbra
& imago ueritatis agnuscitur. hii uero qui ipsam dī claritatem capere non pos
sunt. nec totum fulgorem ueritatis intuitu (ten) mentis aciae conspicari. audiunt de
sollemnitatibus secundo loco ab his qui prima dedicerunt; Et cum illis ueri
tatem rerum. ipsa inspectionis proprietas dederit ad istos ueritatis umbrā
p fert solus auditus; huius mysterii. apostolus conscius dicebat de iudeis
quia umbrae & exemplari deseruiunt caelestium; Ipsa enim caelestia moy
ses uidisse discribetur typos autem & imagines eorum que uiderat popu
lo tradidisse; Sic enim ad eum diuinum dicit eloquium. uide inquid
omnia facito secundum formam. quae ostensa est tibi in monte. tale ergo
est quod & in hoc loco recitatum est; Qui a dn̄s locutus fuerat de sollemnita
tibus ad moysen. & post haec & locutus est moyses inquid dicens dies sollē
nis dn̄i di filiis isrt; Transacto uero de his sermone uideamus quid post haec
edocetur moyses; Primo de lucerna & candelabro & oleo quod infundi
tur. secundo in loco de mensa & panibus propositionis ac numero eorum
& quieis uti debeant; Intendamus ergo animum diligentius. his que scrip
ta sunt. & ad haec dinoscenda concedi nobis gratiam dn̄i deprecemur. ut in his
quae legimus litteris quae sit uoluntas sci sp̄s agnuscamus; Precipe inquid
filiis isrt & deferant tibi oleum de oliuis mundum expresum ad lumen
ut ardeat lucerna semper extra uelum in tabernaculo testimonii accendet
illam aaron & filii eius a uespera usq; in mane contra dn̄m indesinenter.
legitimum aeternale. in progenies uestras in candelabro mundo accendit
lucerna contra dn̄m usq; in mane; Candelabrum mundum nominat
lucernas accendi per pontificem iubet. & earum lumen ministrari ex o
leo quod (datur) a populo; Praecepit itaq; nisi dederit oleum populus sine
dubio extinguetur lucerna & non erit lumen in sciis; Secundum litterā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0530